



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Doct. Martini Lvtherii Avgvstiniani Theologi Synceri
Lvcvbrationvm Pars Vna, quas ædidit usq[ue] in annum
præsentem XX. Catalogum earu[m] uersa tibi pagina
indicabit. Alio Tomo, Domino Volente, ...**

Luther, Martin

Basileae, 1520

VD16 L 3411

Adam Petri Piis Ervditisqve Lectoribvs Christvm Vivere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34878

AD
ADAM PETRI PIIS ERVDITISQVE
LECTORIBVS CHRISTVM VIVERE.



Pistolam D. Erasmi Roterodami, ad Reuerēdis-
simū dominū Archiepiscopū Moguntinū, cum
uideremus typis excusam, germanice quoq; uer-
sam, passim auidiſſime legi, nec latere dignam,
uolebant quidē boni uiri ſupprimendā, Verum
ego æque bonorum uirorū iuxtaq; eruditorum
prudētiori, ni fallar, uſus conſilio, Quod uide-
retur nō parum gratiæ ſubſidiq; præbitura, non
tam Martino noſtro, q̄ inuictiſſimæ ueritati, in
plateis non iam angulis clamitanti, Eam operis
fronti aſſigere curauī, ut habeant cordati candi-

dīq; Lectores, quo firmentur chriſtiano iudicio ſuo, uel inuidi obtrectatores
quo in Chriſto erudiantur, ſi uelint. Saltem obtinere cupimus apud omnes li-
teratos, quatenus ſibi temperent, ne ignorata damnent. Legant primū, ablega-
ta tamē perturbationis uehementia, & tum agnita bona amplectant & teneant,
Mala ſi quæ deprehēderint uel infirma, chriſtiana manſuetudine corrigant &
euertant. Tu candide lector boni cōſulas, & literarij ſtudiij clariffimos ambos
ſtrenuiſſimoſq; duces æuo noſtro dia ualere ꝑficereq; uelis. Ac Deū op. max.
pro eis iugiter dignis orationibus interpellare non ceſſes, Vale.

DESYDERII ERASMI

AD REVERENDISSIMUM MOGVNTINENSIVM
præſulem, atq; illuſtriſſimū principem epiſtola, non nihil D. Mar-
tini Lutheri negociū attingens. S.



REVERENDISSIME Præſul, & idem Illuſtriſſime
Princeps, redditū eſt mihi celſitudinis tuæ munus, mate-
ria iuxta atq; opere uiſendū & inſigne, dignum quidem
quod a tali principi mitteretur, ſed haud ſcio an dignus
Eraſmus ad quē mittereſ, quē magis cōuenit uitreis aut
Samijs, q̄ auro cælatiſ poculiſ bibere. Quod ſi calix ui-
treus miſſus fuiſſet, tamē mihi inter ea quæ maxie ſunt
in delitijs reponereſ, ul' ob id ipſum, quod ab Heroe lon-

ge optimo profectus fuiſſet. Cōmendauit autem mihi nō mediocriter munus
per ſe gratiſſimū Huttenus noſter, qui docuit appellari poculū amoris ceu gra-
cijs ſacrum, ob id opinor, quod cum uelut oſculo ſibi committuntur, e duobus
fiat unum, addit, eam in eſſe uim, ut qui ex hoc biberint, tenaciſſima quadā be-
nevolentia conglutinent. Huius rei periculū facere uolens, reuerēdiſſimo do-
mino D. Guilielmo Cardinali de Croy, cum hiſce diebus inuiſeret bibliothe-
cam meā, e tuo poculo præbibi, & ille mihi uiciſſim. Iuuenis eſt longe felicif-
ſimus, & cuius indoles non uideatur indigna tanta felicitate. Sed doleo ſerius
fuiſſe redditū. Nuper em̄ theologi Louaniēn. mecū redierūt in gratiā, hac lege
a ij ut illi

Cardinalis
de Croy.